



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum illud quod sit præter voluntatem diuina[m] cel
contra eam obsequatur voluntati diuinæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Lib. I. Distinctio, XLVII.

eius causalitatem subterfugere: nihil ergo potest fieri pręter eam.

^{d. 45. q. 1.} 2 Item nihil potest fieri contra voluntatem diuinam (alioquin ipsa nō semper impleretur cuius oppositi prius probatuit eis) sed quod fit pręter eam, sit contra eam, secundum illud Mat. 12. Qui non est mecum, contra me est, ergo nihil potest fieri pręter eam.

^{d. 45. q. 1.} 3 IN CONTRARIUM est, quia idem est fieri deo volente & deo auctore, sed multa sunt quae Deus non facit, ut mala culpa, ergo illa non vult, sunt ergo pręter voluntatem dei.

^{d. 45. q. 1.} 4 RESPON SIO. Videntur est primò quid est fieri contra voluntatem dei vel pręter eam, & tunc applicabitur ad questionem. Scindunt ergo quae sunt est in naturalibus, sic aliquo modo est in proposito nostro. In naturalibus autē sic est φ ilud dicitur esse vel fieri secundum naturam quod est vel fieri secundum inclinationem naturae ut φ graue, puta lapis, moueat deorsum, sed contra naturam quod fit contra inclinationem naturae, ut lapis moueat sursum, sed pręter naturam fit quod nec fit secundum inclinationem naturae, nec contra, eo φ natura nullam inclinationem habet ad hoc vel ad suum oppositum, sicut cum ex ligno fit statua. Similiter est circa voluntatem, quia illud dicitur fieri secundum voluntatem quod fit secundum inclinationem voluntatis, & cū inclinatio voluntatis sit finis actus volendi, omne quod fit secundum voluntatem, est voluntum fieri, illud autē fit contra voluntatem, quod fit contra inclinationem voluntatis quando aliquid fit quod voluntas vult non fieri, sed pręter voluntatem fit id de quo non est inclinatione voluntatis ut fiat vel non fiat.

^{d. 45. q. 1.} 5 Modo ad propositum voluntas diuina distinguitur in voluntate beneplaciti & in voluntate signi & rursus voluntas beneplaciti distinguitur in antecedentem, quae est solum quædam velleitas, & consequentem quae est voluntas simpliciter. Si ergo loquarum de voluntate antecedente, sic multa sunt pręter eam & contra eam. Cuius ratio est, quia potentia ad vnum oppositorum stat cum actu alterius, posse enim non currere fiat cū hoc quod est actu sedere, sed voluntas antecedens est de cunctu rerum solū in vniuersali & in potentia, sicut Deus dicitur velle omnes homines saluos fieri, quatenus dedit omnibus naturā ordinabilem in beatitudinem, & omnibus quantum in ipso est pręter auxilia communia quibus possunt ad beatitudinem dirigi & eam mereri, ergo talis voluntas postest stare cum actuali cunctu oppofito, vt pote quod iste non saluetur.

^{d. 45. q. 1.} 6 Si vero loquarum de voluntate consequente sic nihil fit nec fieri potest contra eam, quia illud quod est voluntate consequente est voluntū simpliciter quod semper impletur, vt patuit in precedentibz diff. sed nihil dicitur fieri contra voluntatem nisi quando non impletur quod est voluntum fieri vel non fieri (vt expositum est) ergo nihil potest fieri contra voluntatem consequente, po test tamē aliquid fieri pręter eam: quia aliqua sunt de quibus nullo modo est voluntas consequens ut fiant vel nō siant, sicut sunt mala culpa. Nō enim vult Deus talia mala fieri, quia iam esset auēt malorū. Nec rursus vult non fieri, quia nullo modo fierent, & ideo nullo modo talia sunt secundū voluntatem diuinā, neq; contra voluntatem, sed pręter voluntatem. Et idem fortè diceret aliquis de quis buildam bonis quę sunt merē à libero arbitrio, sed nō de omnibus, quia bona quę sunt à predestinatione & eos quos quod modo iuvant ad salutē, cadunt sub voluntate dei, sc̄cut sub predestinatione (quemadmodū dictū fuit prius) sed de bonis purē moralibus & nō meritorius in non predestinatione, φ hęc sunt volita à Deo, ratio naturalis non habet, nec fides cogit ad hoc quin respectu talium & malorum oppositorum voluntas diuina possit se habere per indifferentiam vt nō sit plus de uno quam de alio, & de multis quidem omnes concordant, de bonis vero pauci sicut quantur.

^{bic m. 5.} 7 Loquendo autem de voluntate signi cum sint quædam signa voluntatis antecedentis, & quædā voluntatis consequentis cōtra signa voluntatis antecedentis, & pręter ea multa sunt, quemadmodū dictū est de voluntate antecedente. Multa enim sunt contra præceptum, prohi-

Quæstio II.

220

bitionem & consilium, & etiam pręter ea, quia nullum eorum, est de omnibus. Signa vero voluntatis consequentis sunt operatio & permisio, contra operationem nihil potest fieri, quia contradictionem implicat & aliquid sit operatum, & nō sit factū, multa tamen sunt pręter eam quia operatio vt est signum voluntatis diuina prout nō loquimur, aut est solum eorum quae Deus facit per se & immediate (vt dictum fuit supra) aut solum eorum quae facit per se, vel inspirat fieri per alterum, sed constat φ pręter haec sunt omnia mala & forte aliqua bona, ergo pręter operationem vt sumitur tanquam signum voluntatis diuina multa sunt.

^{d. 45. q. 2.}
^{summ. 6.}

^{d. 45. q. 2.} 8 De permissione vero clarū est quod nihil potest fieri contra eam, quia nihil potest fieri quod Deus velit impetrare, permitte ergo fieri quicquid sit. Sed utrum aliiquid possit fieri pręter permissionem patet φ si accipiat per missio secundum generalem rationē nominis (propter permitti dicit quicquid nō impeditur) sc̄c pręter permissionē nihil possit fieri: non enim potest fieri nisi quod nō impetratur fieri. Sed nō videtur permissione vt distinguatur contra alia signa voluntatis diuina ita generaliter accipi, sed solum accipit pro eo φ non est impetrare malū, & sic omnia bona sunt pręter permissionem diuina.

^{d. 45. q. 2.} 9 AD RATIONES dicendum est. Ad primam cum dicitur φ nullus effectus, potest subterfugere causalitatem cause vniuersalitatis, concedatur, multi tamē defectus possunt eam subterfugere, mala autē culpa in qua sunt mala, important solum defectum, & sic solum subterfugiunt causalitatem diuina voluntatis. Vel aliter φ nullus effectus potest subterfugere causalitatē vniuersalitatis causa, quin subsit ei aliquo modo mediate vel immediate, modo sic est, φ voluntas diuina est causa omnium naturarum, & mediantebus naturis est causa omnium actionum, sed differenter, quia actiones rerum naturalium cum sint determinatae ad vnum, & sequuntur naturas, necessario posito obiecto, & excluso omni impedimentoo sunt volitē à Deo, sicut naturae: actiones vero libri arbitrii cum non sint determinatae ad vnum, nec necessario sequuntur liberum arbitrium, etiam praesente obiecto, & excluso omni impedimentoo, non oportet φ obiecto volito à libero arbitrio sint volitē à deo, nisi sicut existunt in ipsa natura liberi arbitrii, præexistunt autem in ea solū in potentia, & secundum indeterminationem, & ideo sunt voluntē à Deo (scilicet in vniuersali & in potentia, & secundum indeterminationem) & haec videatur esse voluntas permissionis secundum generalem rationē nominis, pręter quā nihil potest fieri, sed pręter voluntatem antecedentem & consequentem multa sunt.

^{d. 45. q. 2.} 10 AD secundum dicendum φ illud Mat. 12. qui non est mecum, cōtra me est, intelligitur in materia præceptorum, in qua quicquid fit pręter voluntatē antecedentem, fit contra eam, non tamen contra voluntatem consequentem, nec pręter permissionem.

^{d. 45. q. 2.} 11 AD ALIVD in oppositum patet solutio.

Q. AESTIO SECUNDA.

Vtrum illud quod fit pręter voluntatē diuinam,

vel cōtra eam obsequatur voluntati diuina.

Thom. nihil.

^{d. 45. q. 2.} 12 Secundo queritur vtrum illud quod fit pręter voluntati diuinā vel cōtra eam obsequatur voluntati diuīne. Et arguit φ non, quia quicquid obsequitur Deo vel voluntati eius conformat voluntatem suam voluntati diuīne, sed qui facit pręter voluntatem Dei vel contra eam non conformat voluntatem suam voluntati eius, ergo non obsequitur ei.

^{d. 45. q. 2.} 13 IN CONTRARIUM est quod habetur in litera:

^{d. 45. q. 2.} 14 RESPON SIO. Aliiquid potest obsequi voluntati diuinē duplicitate. Vno modo, vt materia de qua vel circa quā fit voluntas diuina, secundum quem modū lapides dicuntur obsequi & dificiunt de lapidibus. Alio modo vt agens secundariū, cuius actio redit ad illud quod dicitur, & vult principale agens, secundum quē modū manu artificis obsequuntur voluntati principali agentis.

^{d. 45. q. 2.} 15 Q. AESTIO ad primum modum, dicendum φ illud quod fit pręter vel cōtra voluntatem Dei antecedentem, obsequitur voluntati diuinā consequenti, vt materia de qua

Magistri Durandi de

de qua vel circa quam sit voluntas diuina, quia sicut deus vult voluntate consequente salvare perseverantes in bono, si vult per iustitiam punire peccantes, & in peccato, perseverantes, sed peccantes, vel in peccato perseverantes faciunt contra voluntatem antecedentem: dum autem perniuntur, sit de eis voluntas consequens, ergo quod sit contra voluntatem antecedentem obsequitur voluntati consequenti, sicut materia de qua vel circa quam sit voluntas consequens.

5 Quantum ad secundum modum, quo scilicet aliquid dicitur obsequi alteri, ut agens secundarium principali, sic agens contra voluntatem antecedentem quoad genus operis, non potest obsequi voluntati consequenti. Cuius ratio est, quia nihil est contra voluntatem antecedentem quoad genus operis, nisi opus malum ex genere, sed tale non potest esse voluntum voluntate consequente, ergo agens contra voluntatem antecedentem quoad genus operis non obsequitur voluntati consequenti. Agenstamen contra voluntatem antecedentem non quoad genus operis, sed quoad aliquam circumstantiam operantis, bene obsequitur voluntati consequenti, potest enim Deus aliquid velle fieri bona voluntate, quod homo vult facere mala voluntate, quemadmodum Deus vult bona voluntate, ipse Iudicii captiuarentur, captiuentes ramen eos, hoc ferent mala voluntate, & in hoc obsequiuntur sunt diuina voluntati, quoad genus operis, facientes contra voluntatem antecedentem ratione male intentionis. & hoc habetur expresse Esaie. ro. vbi dicitur sic, Vt Assur virga furoris mei, & baculus ipsi est in manu eorum indignatio mea, &c. Postea sequitur, ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimat, sed ad conterendum erit cor eius, &c. Veruntamen non propriè obsequitur aliquis voluntati alterius per modum agentis, nisi quando ex intentione facit aliquid quod credit voluntati alterius placere, & reuerat placere, & hoc facies non agit contra voluntatem antecedentem, nec præter eam, sed secundum eam: & hoc modo sit voluntas diuina a nobis, sed primo modo sit solum de nobis, ut Aug. dicit in Ench. & habetur in litera.

6 ARGUMENTVM in oppositum procedit de eo, qui ex intentione obsequitur voluntati diuina per modum agentis, talis enim non agit contra voluntatem diuinam, sed conformat se ei, sed alias duobus modis potest aliqui facere contra voluntatem antecedentem, & obsequi voluntati consequenti, per modum materie, vel agentis, ut declaratum est.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum Deus posset præcipere quod non vult?

Thom. nibil.

7 Tertio queratur, vtrum Deus posset præcipere quod non vult. Et videtur quod non, quia præceptum indicat voluntatem præcipientis, sed quicunque indicat se velle quod non vult, fictus est: quod non potest conuenire deo, ergo Deus nihil præcipit nisi quod vult.

8 IN CONTRARIUM est, quia præcipit Abraham quod immolarer filium, Gen. 22, sed noluit immolationem eius (ut patet ibidem) ergo &c.

9 R E S P O N S I O. Hic est duplex modus dicendi. Primus est, quod potest præcipere, & quandoque præcipit aliquid quod non vult, nec voluntate antecedente, nec voluntate consequente, sicut fuit de immolatione Isaac: non enim fuit voluntate consequente, quia illa semper impletur, nec voluntate antecedente. Quod patet tripliciter. Primo quia cum voluntas antecedens & consequens non sunt oppositi, non possunt esse de oppositis, sed oppositum immolationis Isaac fuit voluntum voluntate consequente, ergo immolatio que fuit præcepta, non fuit voluntate voluntate antecedente.

10 Secundo, quia voluntas antecedens respicit ordinem creature rationalis in finem: voluntas autem consequens respicit executionem ordinis, sed ordo & executio ordinis non possunt esse de oppositis, immo quod debeat ab ordine, debeat ab ordinis executione, et quod contrariatur executioni, contrariatur ordinis: ergo impossibile est quod oppositum illius, quod est voluntum voluntate consequente, sit voluntum voluntate antecedente, & sic idem quod prius.

Sancto Porciano

11 Tertio quia si voluntas consequens posset esse de opere eius quod est voluntum voluntate antecedente, cum Deus voluntate antecedente vellet peccata non fieri, posset voluntate consequente velle ea fieri, quod est falsum, cum ergo voluntas consequens fuerit de non immolando Isaac, voluntas antecedens non potuit esse de eius immolatione, quae tamen fuit præcepta: & ita potest Deus præcipere, & iam præcepit illud quod non vult, nec voluntate antecedente, nec consequente.

12 E T respondent ad primum argumentum, dicentes quod non propriè hoc oportet ponere fictionem in Deo, quia sicut est in his quæ pertinent ad intellectus, sic in his que pertinent ad voluntatem, nunc est ita, quod ad hoc quod signa intellectus sint vera, non oportet quod sint vera, quantum ad illa que principaliter importanter per signa, sed sufficit quod sint vera, quatum ad illa propter quæ dicuntur, sicut est in omnibus sermonibus parabolicis, ut Iudic. 13, dicitur, quod iterum ligna ut vnguentum fibi regem, quod non fuit verum, quantum ad illud quod principaliter significabatur, sed solum quantum ad illud, pro quo figura ratione dicebatur (scilicet pro Abinale & viris Sichene) & eodem modo est in parabolis euangelicis (ut cum dicuntur de decem virginibus & pluribus aliis) similiter in preceptis quæ sunt figura voluntatis, non oportet quod praecipiens vellet illud quod præcipitur, sed sufficit quod vellet ille Iudic pro quo præcipitur, & sic fuit in precepto de immolatione Isaac, quia Deus noluit quod præcepit (scilicet immolationem Isaac) sed volebat illud pro quo præcipiebatur scilicet quod obedientia Abraham manifestaretur.

13 A L I V S est modus totaliter contrarius, quantum ad tria quæ ponit prima opinio, ponit enim primo, quod Deus aliquid præcipit, quod nullo modo vult, nec voluntate antecedente, nec voluntate consequente. Secundo alsumit ad probandum principale propotitum, quod Deus non potest velle voluntate consequente oppositum eius quod vult voluntate antecedente. Tertio dicit quod in sic præcipiendo non est fictio.

14 Sed contra hæc tria quæ ponit prima opinio, arguit isti de secundo modo. Contra primū quidem, quod est principale dupliciter. Primo sic Deus dicitur velle voluntate antecedente omne illud ad quod aliquid ordinat, sed quicunque præcipit aliquid alium, ipso facto ordinat illud cui præcipit, ad illud quod præcipitur, ergo ex ipso quod Deus aliquid præcipit, vult illud voluntate antecedente. Secundo hoc, constat quod Deus vult voluntate antecedente omnes homines salvos fieri, sed impossibile est aliquem salvum fieri, nisi vellet implere quod ei a deo præcipitur, ergo Deus vult voluntate antecedente, quod cuiliquid præcipitur, vellet facere id quod ei præcipitur, sed quicquid Deus vult non velle aliquo modo vult, ergo deus vult aliquid modo quicquid præcipit.

15 Contra secundū vero sic, Deus vult voluntate antecedente oīs homines salvos fieri, ut dicitur. I. ad Tim. 2. Sed constat quod voluntate consequente vult multos non salvari, sed potius damnari, ergo Deus vult voluntate consequente oppositum eius quod vult voluntate antecedente, cuius contrarium primi dicunt.

16 Contra tertium autem, scilicet quod non sit fictio, quan- do aliquis præcipit quod non vult arguant sic, ex eadem maiori cum primæ opinioni assertoribus. Sicut est in signis intellectus, sic est in præceptis respectu voluntatis, sed signa intellectus non sunt vera, nisi sic sit in re, sicut dicitur, quia ab eo quod res est vel non est, dicitur oratio vel rera vel falsa, ergo similiter præcepta sunt ficta, nisi praecipiens aliquo modo vellet illud quod præcipitur. Quod autem inducitur de illa parabola libri Iudicium, & de confitibilibus respondet, quod aliquid dupliciter significatur propriè & metaphorice: in parabola ergo illa de lignis & rhamno verba accipiuntur, non pro eo quod significat propriè, sed pro eo quod significatur metaphorice, scilicet malos electores, & malum electum, & in hoc sermo verificatur, pro eo quod dicitur figuratu, non propriè, quia quod figuratu significatur, vel dicitur, non est solum id pro quo dicitur (ut alii accipiunt) sed est illud quod dicitur.

17 Ad primam rationem aliorū respondent isti, quod voluntates que sunt de oppositis non sunt oppositi, nisi sunt simili-